

XVII. POSITIONES QUIBUS  
*liquide demonstratur. Quid Medicus sit, quid  
Medicina ipsius, item quibus Remedii  
ægritudines à corporibus humanis  
Expellantur.*

- 1 **A** Gritudines quales quales sunt, ab aliquo membrorum principalium originem ducunt, vel in aliquo illorum delitescunt.
- 2 **A** Ægritudines expelli non possunt nisi per generationem boni sanguinis in illo ipso membro in quo est ægritudo.
- 3 **S** *Sanguis bonus generatur ex nutrimento per calorem digerentem ægrotantis membra.*
- 4 **P** *Per ægritudinem impeditur calor naturalis, quo minus digerat nutrimentum.*
- 5 **N** *Nisi digeratur nutrimentum, non generatur sanguis.*
- 6 **C** *Calor naturalis quo digeritur omnis res ad sustentationem & multiplicationem individuum est calor Solis & Lunæ.*
- 7 **C** *Calor Solis & Lunæ in Corporibus humanis existens si impeditur ab ægritudine aliqua, quo minus officium suum faciat, confortandus est cum calore Solis & Lunæ majoris mundi, vel cum iis rebus in quibus Solis & Lunæ potentissima virtus est, per artificium in actum deducta.*
- 8 **C** *Calor Solis & Lunæ majoris Mundi, non potest*